

[6] DE<sup>m'</sup> PRESBITERIS, QUOMODO VENIANT AD CRISMA<sup>m'</sup>.  
 ITEM. De presbiteris, qui in cena domini ad civitates pro crismate  
 venire solebant<sup>n'</sup>, sancitum<sup>o'</sup> est, ut de his, qui longe positi sunt, de X  
 vel VIII unus ab episcopo eligatur, qui acceptum crisma sibi et sociis  
 diligenter perferat. Hi vero, qui non longius quam IIII aut V milibus 5  
 habitant, more solito ad accipiendum<sup>p'</sup> crisma per se veniant.

*Ansegis 1, 93 ohne den Schlusssatz, ed. SCHMITZ S. 487, 5–9: De presbiteris, qui accipiendi chrismatis gratia ad civitates in caena domini venire soliti erant, sancitum est, ut de his, qui longe positi sunt, de octo vel decem unus ab episcopo eligatur, qui acceptum chrisma sibi et sociis diligenter perferat. Hi 10 vero, qui non longius a civitate quam quatuor aut quinque milibus habitant more solito ad accipiendum chrisma per se veniant. Möglich wäre auch Ben. Lev. 1, 219 S. 57, jedoch liest Benedict statt per se einfach perveniant, insofern nicht nur wegen der Abfolge Ansegis.*

[7] DE<sup>q'</sup> DUABUS AMPULLIS<sup>q'</sup>. 15  
 ITEM. Presbiteri<sup>r'</sup> in cena domini II ampullas || 74r 4283 || secum  
 deferant, unam ad crisma, alteram ad oleum ad catecuminos<sup>s'</sup> et infir-  
 mos unguendos.

*Ansegis 1, 156, ed. SCHMITZ S. 513, 12–514, 1: Ut presbiter in cena domini duas ampullas secum deferat, unam ad chrisma, alteram ad oleum ad catecuminos 20 inunguendum vel infirmos ... Vgl. Ben. Lev. 1, 58 S. 49. Zur Frage, ob zwei oder drei Ampullen, vgl. SCHMITZ S. 514 Anm. 551.*

[8] DE<sup>t'</sup> VIDUIS, QUOMODO SE VELENT<sup>t'</sup>.  
 ITEM. || 77v 4375 || De feminis, quę viros amittunt<sup>u'</sup>, placet, ne se in-  
 discrete velent, sed XXX<sup>ta</sup> dies post decessum viri expectent et postea 25  
 per consilium episcopi vel religiosorum sacerdotum, si episcopus abest,  
 parentumque suorum id, quod eligere debent, eligant.

*Ansegis 1, 96, erste Hälfte, ed. SCHMITZ S. 489, 2–5. De feminis, quae viros amittunt, placet, ne se sicut actenus indiscrete velent, sed ut XXX dies post decessum viri sui expectent et post tricesimum diem per consilium episcopi sui, 30 vel, si episcopus absens fuerit, consilio aliorum religiosorum sacerdotum suorumque parentum atque amicorum id, quod eligere debent, eligant. Ben. Lev. 1, 222 S. 57 ist wortgleich.*

m'–m') *Rubrik am Rand 4375, fehlt 4283.* n') *korr. aus solebat 4283.* o') sanc-  
 titum 4375. p') *aus accipiendum korr. 4375.* q'–q') *Rubrik am Rand 4375,*  
*fehlt 4283.* r') *Presbiteri qui 4283.* s') *catecuminos 4375.* t'–t') *Rubrik*  
*am Rand 4375, fehlt 4283.* u') *durch Ras. korr. aus admittunt 4375.*